manifestabo (*a*) rectorie ibidem comoranti, nisi factum esset de (29) uoluntate maioris partis illorum qui nauem
A. 200 ipsam saornauerint, aut pro || concambio rerum quatuor supradictarum (30), silicet ferri, plumbi, stagni (31) et rami non laborati; dicendo aduocatoribus (32) comunis uel rectorie supradicte bona fide quanta fuit (33) illa saorna que eiecta fuit extra nauem (34). Et manifestabo patrono uel patronis ac scribanis (35) nauis, nec non et baiulo (36) uel rectori qui pro domino duce et comune (37) Ueneciarum extiterit in loco (38) in quo nauis portum fecerit, et in Ueneciis aduocatoribus (39) comunis in reditu meo, omnes contra tenorem statuti de naui exeumtes, postquam ipsa molum sancti Nicholai transierit in eundo (40), uel ante quam nauis sit infra molum (41) predictum in redeundo, qui (42) in ipsa naui secumdum (43) formam statuti stare tenentur (44). Et arma habebo per istud uiaticum ut in statuto de marinariis
A.200* continetur. Et si ipsius || nauis electus fuero temonarius, nisi iustum habuero impedimentum esse minime recusabo; percipiendo inde illud precium a marinariis quod quinque qui nauem regere habent uel maior pars eorum sentenciabunt (45). Et si nauis ipsa, quod Deus

(29) dicam rectori ibidem moranti, nisi esset factum de comuni utilitate et — (30) saornauerunt i. n. a. p. cambio q. r. que inferius continentur, — (31) s., p. — (32) « mercatoribus co » *era scritto in* Q. *poi cancellato*, uocatoribus — (33) rectori supradicto quanta fuerit —
Q. 91* (34) saorna bona fide que extra nauem | proiecta fuerit — (35) patronis, scribano — (36) baiullo — (37) comuni — (38) i. l. e. — (39) auocatoribus — (40) omnes facientes contra t. s. de naue, postquam ipsa in eundo modulum t. s. N. — (41) modulum — (42) tenentur stare *aggiunto.* — (43) naue secundum — (44) s. t. *omesso.* — (45) Et habeo arma in isto uiazo sicut in statuto comunis Veneciarum continetur. Et si in illa naui ellectus fuero timonarius, non recusabo, nisi iustum h. i., a marinariis illud precium habendo, quod quicunque sentenciabunt uel m. p. illorum qui n. h. r. —

(*a*) Aggiunto in margine.